

Fol. XXVIII

aliquam sumentes: ad. M. V. vtpote vnicum praesidium confugimus: supplicii prece opem rogantes: qua in tam lamentabilem condicionem deiectione: saltem claustrali domo regi: & pro voto nostro deo omnipotenti seruire et famulari possemus. Ea re sane nos: & quae post nos venturae sunt: perpetua precum oratione obnoxias reddetis. Plura sunt quae christianissimam. V. M. haec ut faciat mouere possunt. Vel quae contra iustum / templo videiectione fuimus: vel quae foeminei generis & eius quidem virginalis: vel quod deo maximo velate & dicat: non (nisi monasterio concludamur) professioni nostrae satisfaciamus. Sed potissimum impetrationis locum Christus preclarissimus sponsus obtineat: qui quaecumque suis vel minimis exhiberi contigerit: sibi ipsi facta putabit: & sese compensaturum pollicetur. Eius doni ut se. M. V. participem faciat idem ipse largiatur qui M. V. & Regnum longo euo foeliciter tueatur & seruet.

Pro Sororibus in Rhentingem petuntur Indulgentiae.

Beatissimo sanctae Romanae sedis: atque vniuersalis ecclesiae Pontifici maximo domino nostro: domino Sixto quarto: Frater Thomas Lampertheim peregrinandum Sororum inutillius confessor Ordinis Predicatorum. Post desideratissima sanctissimorum pedum oscula. Non satis digne possum beatissime Pater de sanctitate vestra cogitare: & scribere praesumo. Veniam mihi vilissimo peccatori super audacia hac obtineat: &. S. V. benignitas: & virgens necessitas. Deuotissimae. V. S. oratrices (ausim adhuc presumere) filiae ac peregrinae singulares nuper de Monasterio Clingental minoris Basileae: quod ex commissione. S. V. reformauerant eiectione: adhuc minus praeiis exulant. In vnum pariter collectae: in loco qui Rhentingem dicitur: dioecesis Metanen: quem nobiles domini

e